Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uactarent corpa eorum sancti de alta turre magnum
clamantes. Et beatus Hermachoras cepit similiter
lacrimare. et dixit ad beatum Valentianum. Iam
in quam corpa eorum. Erat hora nocte. Et ceperunt
et cum clericis et ceteris uiris religiosis et uenerunt
ad domum Valentiani. que erat iuxta naturalem
fluuium edificata ad portam Valentinianam
et uenerunt ad ripam fluminis naturalis quae uocatur
ripa clementina que ante domum beati Valentiani
et ibi sedebant. Et ecce prima uigilia noctis
ueniebat per medium flumen naturalem nauicula
et duo uiri nauigantes in ea splendidi. Et
cum uenissent iuxta domum beati Valentiani
ad ripam clementinam sedebat s. Hermachoras
cum suis clericis et uiris episcopalibus et ibi iunxerunt
ipsam nauiculam. et unus eorum dixit. Sce
Hermachora episcope ecce thesaurum quem quaeris
et nuncque comparuerunt. Et s. Ermachoras episcopus
cum clericis et fidelibus populis uenerunt ad nauiculam
et inuenerunt ibi corpa sancta uiginti et capita
iuxta posita. Et leuauerunt corpa sancta
cum hymnis et spiritalibus et uenerunt ad domum
Valentiani. et ibi cum aromatibus condiderunt corpa
sancta et sepelierunt in domo eadem in monumentum